



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Inhaltsverzeichnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

cem, ianitores esse illius ostii, de quo Christus Ioannis c. 10. *Ego sum ostium; per me si quis introierit, saluabitur.* Et rursus: *Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro.* Legitime igitur ingrediuntur ecclesiam, quibus tantus ianitor aperuerit: legitime excluduntur, quibus idem fores occluserit.

ricium Ianitorem ecclesie vocant.

• EPISTOLA III.  
SIRICII PAPÆ  
AD VNIVERSOS ORTHODOXOS.

- I. *Ut indignus nullus efficiatur episcopus.* III. *Ut neophyti vel laici, sacerdotes non fiant.*  
II. *Ut ignotis sacerdotium non*

*Siricius papa, orthodoxis per diuersas prouincias.*

I.

COGITANTIBVS nobis merum diuini iudicii, fratres carissimi, & post hanc vitam vnumquemque, prout gesserit, recepturum: quid in querelam veniat, tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperauit, dicente propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, domino dicente: *Reiicite mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.* Quid enim aliud est reiicere mandatum Dei, quam priuato iudicio & humano consilio nouis rebus constituendis liberius delectari? Perlatum itaque est ad conscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticum Canonem præsumi, & quæ ita sunt a maioribus ordinata, ut ne vel leui fufurro debeant violari, proprias quosdam obseruationes nouas inducere, & prætermisso fundamento, supra arenam vel le construere, dicente Domino: *Non transibis terminos, quos constituerunt patres tui.* Quod & sanctus quoque Apostolus, noui & veteris testamenti prædicator, monet, in quo locutus est Christus: *State, inquit, & tenete traditiones vestras, quas didicistis, siue per verbum, siue per epistolam.* Quare videt vestra sinceritas, in sacris ministeriis aut in ordinationibus vestris, quantum sacerdotum magna cura & diligens sollicitudo debeat obseruari. Denique ad Timotheum loquitur: *Manus cito nemini imposueris, neque commutaueris peccatis alienis.* Quod propterea memoratur, ut examine habito, & probitate morum & ecclesiastico la-

Isa. 58.

Matth. 23.  
Marc. 7.

Dent. 19.  
& ibid. 27.

Prou. 22.

2. Thess. 1.

1. Tim. 5.